disceꝛ qd̓ elatus amisisset. Nullus g° q᷑ p̄t̄ v̄ī sup
na appetē cepit. si carnis voluptate p̲sternitur᷑.
tūc se victū iudicet cū apte supat᷑. Si eīm plerūq;
vir᷒ libidīs de radice nascit᷑ elatiōis. tūc caro vi
cit cū spc̄ latent᷑ intumuit. Iam tūc aīā p̲ originē
culpe ī umētoꝝ petulātia cecidit᷑. cū efferendo
se more volucrū ult᷑ q̄ debuit euolauit. Hinc
ē enī qd̓ longa continētia repente soluitur᷑. hic

C xxxv

ē qđ plerūq; ⁊ uſq; ad ſeniū virginitas ſeruata vi
ciat̃. Q̃a eñ negligit̃ hūilitas cordis. rectus iudex
deſpicit etiā integritatē corpis. ⁊ qñq; ꝑ apertū
malū repbos ānūciat. qˢ dudū repbos ī occul
to tolerabat. Nā q̄ diu ſeruatū bonū ſubito ꝑdi
dit. apud ſemetipm̄ int̄ aliud malū tenuit. ex
quo ad aliud malū ſubito erupit. ꝑ qđ ab oīpo
tēte deo etiā tūc alien᷒ extitit. qñ ſe ei ꝑ mūdiciā
corpis inherē mōſtrauit. Q̃a ġ mētis elatio ad
pollutionē ptrahit carnis. repboꝝ cor a volatu
volucrū ad petulanciā mergit̃ iumētoꝝ. Sc̄i aūt
viri ne appetitu beſtiali ad luxurie voraginem
deuoluāt̃. ſollicite cogitationes mētis a ſupbie
volatu cuſtodiūt. ac ne ī infima deſipiendo cor
ruant. omē qđ ſublimit̃ ſapiūt hūilit̃ ꝑmunt.
Recte itaq; dr̄. Qui docet nos ſup iumēta tre. et
ſup volucres celi erudit nos. Subaudis. hoc qđ n̄
dix̃. Hoc itaq; qđ iumētis ⁊ volucrib᷒ celi ante
cellit. cū nō dix̃ in t̄bulatione memorat. Ac ſi di
cat. Infirm᷒ quiſq; ideirco nequaq̄ ſe in ꝑturba
tionib᷒ corroborat. q2 ⁊ ī trāquillitate nō tempat̃.
⁊ iđ neſcit aduſa tolerare. q2 cōſtitut᷒ in pſpis
cogitacoēs ſe nō nouit a volatu volucrū ꝑmere.
nec carnales motus a iumētoꝝ ingluuie ſuble
uare. Sz hec btō iob tāto īconueniēt̃ dr̄. q̃nto
vita ei᷒ int̃ alta ⁊ īfima mirabilit̃ tēpat̃. Quod
q̄dē intelligi etiā ⁊ alit̃ pt̄. q̄ docet nos ſuper
iumēta tre ⁊ ſup volucres celi erudit nos. Nā ſic
iumētoꝝ vocabulo ſignat̃ vita hoīm carnis
adhuc motib᷒ ſubditoꝝ. ita appellacoē volucꝝ
figurat̃ elatio ſpūū ſupboꝝ. ut ꝑ iumēta q̄dē
t̄renī hoīes. ꝑ volucres vō demonia deſignent.

Hīc cū semina dn̄s iuxta viam cecidisse dicer̄. sub
iūxit. venerūt volucres ⁊ comederūt ea. nimirū
ꝑ volucres signās aereas ꝑtātes. Scī aūt viri q̄a
nec infima hoīm exēpla appetūt. nec rursū de
moniaca subtilitate fallūtur. ⁊ sup̄ t̄re iumēta
⁊ sup̄ volucres celi virtute eruditionis excrescūt
Sup̄ iumēta eī terre edocti sūt. q᷑ q̄eq̄ ī imis ꝑt
ambiri despiciūt. sup̄ volucres celi q° eruditi sūt.
q᷑ oīs īmundoꝝ spūū insidias cōprehendūt. Su
ꝑ iumēta t̄re edocti sūt. q᷑ nichil in hac vita qđ
p̄terit q̄rūt. Sup̄ volucres celi eruditi sūt. q̄a ptā
tes aereas quas adhuc ꝑ carnis infirmitatē to
lerāt iā vite meritis calcāt. Paulus iā sup̄ iume
ta t̄re doctus fuerat dicēs. Multi eī ābulāt. Et
paulo pt᷒. Quoꝝ finis interitus. q̄ꝝ deus vent̄ est
⁊ glā ī ꝯfusione ipsoꝝ q̄ t̄rena sapiūt. nr̄a aūt
ꝯuersatio ī celis ē. Et rursū sup̄ volucres celi erudi
tū se nouerat. cū dicebat. Nescitis qm̄ angelos iu 16
dicabim᷒. Sub se iumēta cernebat. q᷑ vidlꝫ ī ter
ra adhuc posit᷒ calcabat mores hoīm. q̄ in īfimis
ꝯūsant᷑. Et rursū volatū voluc᷑ meritoꝝ dignita
te trāscenderat. q᷑ subitur᷒ celestia iudicaturꝝ se
angelos nō ignorabat. In illis īmūdoꝝ infima.
in istis sup̄boꝝ sūma calcabat. Mentes q̄ppe scō
rū trāsitoria cūcta despiciūt. ⁊ sub se labi q̄eq̄d
sup̄bit q̄eq̄ p̄terit ꝯtēplāt᷑. ⁊ q̄ī in q̄dā reꝝ ver
tice ꝯstitute. tanto sibi oīa subiecta ꝯspiciūt.
q̄nto semetipsas veri᷒ auctori oīm subdūt. atq;
inde cūcta trāscendūt. vn̄ creatori cūctoꝝ vera
se hūilitate substernūt. Dicat᷑ ergo. Q̄ docet nos
sup̄ iumēta t̄re. ⁊ sup̄ volucres celi erudit nos.
Ac si dicet. Infirm᷒ pusillaīmitate victus ista

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

C xxxv

non dixit. ⁊ idcirco eũ adũsitatis temptatio pculit. qꝛ tranquillitatis tpe hec cũcta transeuntia nulla pfectione supauit. Hui' eñ vite adũsa nõ phorresceret. si pfectioris merito etiã secl'a calcasset. Seqt̃ Ibi clamabũt. ⁊ nõ exaudiet, ppt̃ supbiã malor̃.

Ibi videlʒ in tribulacõe. ut econt̃ de gaudio scptũ ẽ Filij seruor̃ tuor̃ habitabũt ibi. Sʒ videt̃ incertũ utrũ dicat, ppt̃ supbiã malor̃ nõ exaudiet. an, ppt̃ supbiã malor̃ clamabũt. Intelligi autẽ meli' pt̃ si nõ exaudiri pocius, ppt̃ supbiã malor̃ q̃ clamare referantur. nã qd, ppt̃ supbiã malor̃ clamãt. sup̃ iã dictũ ẽ eo ũsu quo dr̃, ppt̃ multitudinẽ violentor̃ clamabũt. Aliqd̃ g̃ nobis hoc ũsu innuit. qd̃ paulo subtili' attẽdatur. qꝛ sepe q̃dã oppssi dũ clamauerĩt ex se quidẽ merent̃ audiri. sʒ tñ eor̃ desideria, ppt̃ oppmenciũ supbiã differũt. Iustus q̃ppe deus ⁊ suos pmittit tpalit̃ oppmi. ⁊ violentor̃ maliciã neq̃it̃ augeri. ut dũ hor̃ vita ĩpugnacõe ꝯterit̃. illor̃ neq̃cia consũmet̃. Plerũq; uõ accidit ut iusti ĩ tribulacione dephensi supnũ solaciũ etiã tpalit̃ pcipiãt. qd̃ tñ nõ tpalit̃ implorãt. Saluari eñ nõ, ppt̃ se sʒ ppt̃ adũsarior̃ salutẽ ꝯcupiscũt. ut dũ illos ops deus ab ĩmensis piculis facto q̃dã miraculo liberat virtutẽ suã ipsis etiã psecutorib' ĩnotescat. atq; ĩde aduersarios ad etnitatẽ redimat. vñ suos tpalit̃ saluat. sic pph̃a q̃; vocẽ martir̃ suscipiens ait, ppt̃ ĩimicos meos eripe me. Ac si dicẽt, ppt̃ me quidẽ eripi de tpali t̃bulacõe nõ appeto. sʒ tñ eripi ppt̃ adũsarios ꝯcupisco. ut dũ vita mea saluari mirabilit̃ cernũt. ipso miraculor̃ visu ĩimicor̃ duricia cõuertatur.

Sicut g° ſepe dn̄s ſuoꝝ vitā tp̄alit̄ p̄ ĩimicoꝝ cō-
fuſionē eripit. ita ſepe ſuoꝝ voces ꝓpt̄ dānatio-
nē pſequētiū nō exaudit. ut vidl3 inde reatū
ſuū cumulet. vn̄ ꝑualuiſſe ſe nequit̄ gaudet.
Nā q̄ īuiſibilia deſpiciūt. moueri nōnūq̄ viſi-
bilib' miraculis poſſūt. Sȝ ideo cū iuſtis pleꝝ-
q; nil virtutū viſibilit̄ agit̄. q2 eoꝝ adūſarii il-
luſari īuiſibilit̄ nō merent̄. Dicatur ergo Ibi cla-
mabūt. ⁊ nō exaudiet ꝓpt̄ ſupbiā maloꝝ. Ac ſi
diceret Reatus opp̄mentiū audiri voces, ꝓhib3 op-
preſſoꝝ. nec eripiūt̄ viſibilit̄ iuſti. q2 ſaluari
īuiſibilit̄ nō merent̄ iniuſti. Vn̄ rurſū p̄ ꝓphetā dr̄.
Cū viderit ſapiētes morientes. ſil' inſipiēs ⁊ ſtult'
pibūt. Quos eī viſibilit̄ mori ꝯſpiciūt īuiſibi-
lit̄ viue poſſe nō credūt. atq; eo reatū infide-
litatis ſue cumulāt. quo viſa morte fideliū
de etnitate deſperāt. Igitur violenti quiq; ī-
de deti' deficiūt vn̄ cont̄ vitā inocenciū certius
cōualeſciūt. tātoq; illos itima veritas a ſe foras
eicit. q̄nto eos cont̄ ſuos tp̄alit̄ qd' voluēt poſſe
pmittit. Quiſq's itaq; bonoꝝ vitā pſequit̄. tūc
peiore ultione dānat̄. cū nulla ei adūſitate re-
ſiſtitur. Et tūc forcioris ire piculis ſubiacet. cū
ꝓſpe pagit qd' neq̄t̄ cōcupiſcit. q2 videl3 vin-
dicta ſupni iudicij ad futura eū ſupplicia ſer-
uādo deſeruit. cui hic ī malo obuiare ꝯtēpſit.
Hinc eī p̄ ꝓphām dn̄s dic̄. Dimiſi eos ſcd̄m de-
ſidia cordis eoꝝ. ibūt ī uoluptatib' ſuis. Hinc
rurſū dr̄. Nō eſt virga dei ſup illos. Hinc etiā
de ipſo eoꝝ capite ſcriptū ē. Faciet ⁊ pſpabit̄.
Hinc rurſus de eodē dr̄. Et dolus ī manu ei'
dirigetur. In manu q̄ppe antixp̄i dolus dirige-

tur: quia in hoc quod contra bonos proposuerit implere temporaliter nulla adversitate impeditur. Hinc rursus per salemonem dicitur, prosperitas stultorum perdet illos. Manifeste ergo perdicionis indicium est quando affectatis iniquitatibus subsequens favet effectus: et nulla contrarietas impedit quod mens perversa concepit. Nam sepe pravorum hominum dum tardantur vota mutantur: et dum difficultatem perfectionis senciunt. reatum male actionis agnoscunt: et quibus invitis prius contradicitur volentes: postmodum hoc quod conceperunt aversantur, Quia ergo malos cum deserit dominus prevalere permittit: et unde superborum nequicia proficit inde humilium longanimitas consummatur: dicatur recte, Ibi clamabunt et non exaudiet, propter superbiam malorum Sequitur Neque enim frustra audiet deus: et omnipotens singulorum causas intuebitur. Notandum quod duo sint dicta: quia et clamantem frustra non audit. et tamen quod patitur respicit: et exaudire voces dissimulat. et quod unusquisque tolerat non ignorat, Nemo ergo qui tardius auditur credat quod a superna cura negligitur. Sepe enim nostra desideria quia celeriter non fiunt exaudiuntur: et quod impleri concite petimus. ex ipsa melius tarditate prosperatur, Sepe vox nostra eo proficit quo differtur: et cum superficietenus peticio negligitur. vota nostra alcius in cogitacionum radice complentur, Sicut et semina messium gelu pressa solidantur: et quo ad superficiem tardius exeunt. eo ad frugem multipliciora consurgunt, Desideria itaque nostra dilacione extenduntur ut proficiant: proficiunt ut ad hoc quod percepturi sunt convalescant, Exercitantur in certamine: ut maioribus cumulentur premiis in retribucione, Labor protrahitur pugne: ut crescat corona victorie Quos ergo dominus cum velociter non exaudit: quasi repellere creditur trahit, Intimus quippe est medicus: et

peccōꝝ in nobis contagia que īterius medullitꝰ rep
bat secat. abscidit virus putredinis ferro t̄bula
cōis. ⁊ quo voces egri audire dissimlat. eo egritu
dinis finē ꝓcurat. Hinc enī ꝓpħa ait. Clamabo ꝑ
diē ⁊ nō exaudies. ⁊ nocte ⁊ nō ad īsipientiā m̄i. Ac
si diceret. Nequaquā m̄i ad insipientiā ꝓficit qđ die ac
nocte clamantē me ꝯtinue nō exaudis. qꝛ vnde
me ī tp̄ali t̄bulacōe qˢⁱ deseris. inde ad et̄nā sa
pīam plus erudis. Hinc etiā dicit. Adiutor ī o
portunitatibꝰ in t̄bulacōe. Tribulacōēꝫ quippe dic
turꝰ p̄misit optunitatē. qꝛ sepe ⁊ t̄bulacōe ꝯteri
mur. ⁊ tn̄ oportunū nondū ē ut ad desideriū
erepcōis adiuueniam̄. Dicatur ergo. Neqꝫ enī frustra audi
et deus. ⁊ omīps singuloꝝ causas ītuebitur. Sꝫ qꝛ
plerūqꝫ nōnulli ex ipsa adiutorij tarditate fran
gūtur. apte subiūgit. Etiā cū dixeris nō conside
rat. iudicare corā illo ⁊ expecta eū. Fortasse enī dū ·18·
clamor nr̄ negligitur. spes que cor īerat infirmatur.
⁊ sup̄na adiutoria defutura credimꝰ qꝛ tardius
īpetramꝰ. ac pene incōsiderata deo eē ingemisci
mꝰ que īmulta toleramꝰ. Sꝫ cū ista nos desꝑacōis ꝓ
cella ꝯturbat. ꝯcussa mens citiꝰ in portū spei se
collocat. si causas suas cū dn̄o subtilr̄ pensat. si
bona eiꝰ ad memoriā reuocat. si mala que bonis
eiꝰ reddidit apud semetipsā callide nō excusat.
si ꝑpendit qđ ab eo iuste meruit ⁊ qđ clementer ac
cepit. si vitā suā viuacit̄ discutit. si an̄ dei oculos
omē qđ agit exāinans semetipsam sibimet nō
abscondit. si factā se que nō erat meīnit. si illūi
natā se atqꝫ subleuatā que ī tenebris iacebat ag
noscit. Hec ergo in semetipsa cūcta recolligens. dum
bona accepta ꝯsiderat. aduersa que tolerat non

accusatur. nec desperacione frangitur. que tantorum mu-
nerum consolacione roboratur. que spem de futuris reci-
pit. dum transacta beneficia recognoscit. Dicat itaque.
eciam cum dixeris non considerat iudicare coram illo et
expecta eum. Ac si dicat. Cum ideo deus non considerare
creditur quia tarde miseretur. intima cogitacionis in-
gredere. atque illic coram eius oculis cause tue iudicium
suscipe. et que ipse vivendo contulisti. vel que misericorditer
percepisti discerne. Et tunc ad spei fiduciam redis. dum
bona tante benignitatis erubescis. quatinus inter adver-
sa fidenter expectes. quem et post delicta propicium recolis.
Speranda ei fuerant superna adiutoria. eciam si nulla
beneficia percepisset. sciendumque quod deus hominem quem
benigne condidit inique non spernit. Pensandum est
ergo quantum est periculi transacta munera cernere et futura de-
sperare. quantum est periculi si in hac procella tribulacionum
desperacionis naufragio frangimur. qui ad portum spei ve-
lut inmensis funibus preteritis donis ligamur. Dicatur
itaque recte Iudicare coram illo. et expecta eum. Nam qui
semetipsum coram deo non iudicat. eum dum affligitur non
expectat. Cuius ei bona precessisse diffitetur adiutoria
subsequi posse desperat. et cum preteritorum obliviscitur. eciam
subsequencium largitate fraudatur. Sed ecce dum nos af-
fligimur dum consolacionis graciam longanimiter sustine-
mus. mali ad peiora prorumpunt. atque eo iniquitatis exag-
geracione proficiunt quo sine verbere relinquuntur. et
tamen omnipotens deus peccantes misericorditer expectat. tempus
ad penitenciam tribuit. quod non conversis ad gravioris re-
atus testimonium vertit. pacienter iram retinet. quam quandoque
irretractabiliter effundit. Unde apte subiungitur. Nunc
enim non infert furorem suum. nec ulciscitur valde scelus.
Diu quippe deus tolerat quos in perpetuum damnat. et

149

furorē suū nē inferre dissilat. q̄ effundendū sine fine in posterꝝ seruat. Electorꝝ nāq; ē hic ꝯteri ut ad p̄mia debeant et̄ne hereditatis erudiri. nostrū ē hic flagella ꝑcipe. quibꝰ seruamur de et̄nitate gaudē. Hinc eīi scriptū ē. Flagellat oīꝫ filiū quē recipit. Hinc ad iohēm dr̄. Ego q̊s amo arguo ꝛ castigo. Hinc petrꝰ ait. Tempꝰ ē ut īcipiat iudiciū de domo dei. Qui mox ammirādo subiūxit. Si aūt p̄mū a nobis. q̊s finis eorꝝ q̄ nō credūt dei eūgelio. Pc̄c̄a q̄ppe nequaq̄ diūa seueritas īulta remanē ꝑmittit. ꝫ ira iudicij a nr̄a hic correpcōe inchoat. ut in repborꝝ dāpnacōe ꝯq̇escat. Sint ḡo nūc repbi ꝛ voluptatū suarꝝ desideria īulta iniq̇tate consūment. atq; eo tp̄alia flagella nō sentiant. quo etiā eos supplicia expectāt. Bn̄ aūt eorꝝ inulta neq̇cia cham peccāte signata ē. cui a p̄re dr̄. Maledictus chanaan puer. seruꝰ erit fr̄ibus suis. Chanaan videlicet cham filiꝰ fuit. et q̇d ē qd̄ chā peccante chanaan filiꝰ eiꝰ sententiā ultionis accepit. Quid ē qd̄ nō in se ꝫ in posteritate ꝑcutit̄. nī qd̄ repborꝝ neq̇cie hic q̇dē īulte ꝓficiūt. ꝫ in posterꝝ feriūtur. Dicatur ergo. Nunc eīi non infert furorē suū. nec ulciscit̄ valde scelꝰ Nondū vdȇ qd̄ subītulit valde. q̄ ꝛ si quedam longanimit̄ tolerat quedā tn̄ in hac etiā vita flagellat. et hic nōnūq̄ ferire īchoat. qd̄ etiā damnacōe ꝯsūmat. Ergo ꝛ nōnulla ꝑcutit. ꝛ nonnulla īulta delinquit. q̄ si nulla resecaret. quis deū res hūanas curare crederet. Et rursū si h̄ cūcta ꝑcuteret. extremū iudiciū vnde restaret. Quedam igit̄ feriūtur ut recordis nr̄i sup nos sollicitudinē formidemꝰ. quedā vo inulta seruā

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

tur ut adhuc iudiciū restare sentiam. Bn̄ g̊ dicit̄ Nec ulciscit̄ valde scelus. qꝛ dū exiguū qͦdam de ĩnq̄tate ꝑcutitur. in cōūsis mentib' etiā iā iudicij sententia ꝑ̄minat. Totū itaq; hoc ab heliu rectū dr̄. si recte dicer̄et. Scit ei quid loq̄ debeat. ſʒ cui loquat̄ ignorat. Vera sūt naq; que dixit. ſʒ a btō iob increpacoīb' aliena. qꝛ tanto hac correpcoē nō eguit. qn̄to nec aliqua pusillaīmitate peccauit. Sʒ qꝛ iustis viris solet occasio eē virtutū elatio supboꝝ. occulto iudicio cū btō iob agitur ut post flagella penaꝝ eciā ꝑ ūba arrogāciū crescat. Ecce ei tanto magis a supbie mīstro despicitur. qn̄to a veritate intrīsecus id ē hūilitate refouet̄. Nā heliu postq̄ ut forcia se dixisse cognouit. qd elationis gestaret apuit. atq; btm̄ iob alta de se sentiēdo despexit dicens. Ergo iob frust̄ apit os suū. ⁊ absq; sciā ūba multiplicat. Hec inmiꝝ inferēs btm̄ iob ⁊ nil scire asserit ⁊ multa dixisse. ⁊ cū ipe que sentit loquaciter inferat. huc de vicio loq̄citatis accusat. Sʒ hoc quoq; esse ꝓpriū arroganciū viciū solet. ut et pauca credāt que ipsi multa dixerit. ⁊ multa credāt q̄ ipsis pauca dicūt. Qꝛ ei sua dicē semp volūt. aliena audire nō possūt. vim se pati existimāt. si ea que īmoderate sentiūt. īmoderatius nō effūdāt. Et q̄uis beat' iob ad ei' ūba tacuerit. heliu tn̄ de locutione illi' q̄ amicis responderat. causā īuectionis īuenit. ut sibi exhibē laci' ei' silenciū posset. atq; ut ipse multa rn̄deat. illū ūba multiplicasse ꝯfirmat. Nā ⁊ mox īicia ꝓlixe locutiōis exorditur. ⁊ q̄ adhuc nichil dixerit īchoare conatur. Inde subditur Capl̄m xxxvi

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Audiens q; heliu eciā hec locutus ē. Sustine me paululū. & ĩdicabo tibi. Multa iā dixerat et sustineri adhuc paululū sperat. qr vidlʒ arrogātes graue se dāpnū ꝑpeti iudicant. si scientiā suā loquēdi breuitate constringāt. Tanto eī semetipsos credūt doctiores ōndere. qnto se potuerīt multiplicitate loquacitatis apire. Sʒ qr sepe sibi senciūt silencij reuerentiā non deferri. dm̄ nōnūq̄ potentiā de q̊ qī loquūt insinuāt. ac sub ꝑtextu illi⁹ sibi silenciū exigūt qd̄ mīime merēt. & dum specietenus deū ꝑferūt. auditū sibi ex reuerentia ei⁹ exigētes. se studēt ōndere. nō illi⁹ facta ꝑdicare. Vn̄ & heliu subiūgit dicens. Adhuc eī habeo qd̄ ꝓ deo loquar. Q̄a vō nōnūq̄ doctores scī crebro repetūt si qua obscurius dicūt. ut que occulta p̄dicant auditoꝝ cordib⁹ voce hec iteracōis īfundāt. plerūq; hoc appetūt eciā arrogātes imitari. & īsolent ea que dixerīt replicāt. nō quo auditorū cordib⁹ insinuare res appetūt. sʒ quo eoꝝ iudicio videri eloquētes volūt. Vn̄ heliu subiūgens ait. Repetā sciām meā a ꝑncipio. Sʒ qr noīata sciā tuōr cordis in voce claruerat. arrogans apte cognoscit. si nō cecus aliq̊ velamine palliet. Vn̄ mox ī occultacōe sue arrogātie dnī iusticiā subīferens ait. Et opatorē meū ꝓbabo iustū. Et dū qī ꝓ dei iusticia loqtur. apud hūana iudicia qcq; arrogant effluit excuset. Seqt. Vere enī absq; mendacio sermones mei. Cū ab infirmis auditorib⁹ se nō intelligi posse ↄspiciūt. solēt plerūq; eciā iusti laudare bona ~~sua~~ que dicūt. nō quo ipīs suis laudibus inhiāt. sʒ quo auditores suos ad audiendi sollicitudinē accendāt. ut dū eoꝝ voce ꝑferunt.

·80

ab illoꝝ cordib⁹ ardentiore affectu rapiant᷑. Un̄ paulus cū mira corinthys ⁊ multa dixisset. adiūxit. Os nr̄m patet ad vos o corinthii. cor nr̄m dilatatū ē. Sȝ arrogantes dū cor bonoꝝ nesciūt ⁊ solas aliqn̄ voces imitant᷑ efferūt laudando que dicūt᷑. nō qđ eis torpor audienciū displicet. ſȝ qđ sibi inhiant᷑ placet. Iustoꝝ vocē imitātes simulāt᷑. ſȝ vim vocis ignorāt. Vident qđ iusti ꝓferūt. ſȝ nesciūt qđ reqͥrūt. Sū enī scī doctores laudem p̄dicacōis exaltāt᷑. qī manu vocis ab ymis cogitacōib⁹ corda audienciū levāt. ut excussa velocit᷑ dictis sequētib⁹ velut ī itinere occurrāt᷑. ⁊ tāto ea ītelligentie āplexu constringant. qn̄to illa ⁊ qī ṗusq̄ cernerent ī voce laudantis amaverāt. Sȝ hi arrogātes ut dixi nesciūt. Qͥa eī foris ē qđ appetūt. qđ sit int⁹ desiderabile sentire nō possūt. De electoꝝ qͥppe ecclesia scriptū ē. Oīs glā ei⁹ filie regū ab intus. Et sapiētes virgines ī vasa oleū portare referūt᷑. Un̄ ⁊ scōꝝ voce dr̄. Gloria nr̄a hec ē testīoniū consciē nr̄e. Arrogantes aūt qͥa corā deo ꝯsciē sue testīoniū nō habent. qrūt corā hoīb⁹ testīoniū vocis aliene. quā cū tarde repeiūt. ipsi eciā in īpudentiā sui favoris erumpūt. Si eī non īveniāt voces hoīm qͣs inhiant᷑ expectant᷑. ipī sciām suā laudantes p̄dicāt. Un̄ ⁊ heliu subdidit dicens. Et pfecta sciā pbabit᷑ tibi. Nimirū sentit se magna dictuꝝ. ſȝ tumēti corde hoc qđ de semetipso sublimit᷑ estimavit tacē nō potuit. ⁊ idcirco qđ rectū sensit laudando precucurrit. q̇ iā qͥdē divino iudicio reus eēt. si magna de se saltim silendo sensisset. Ante subtile eī veritatis examē securi oīo non sum⁹. eciam si

humano iudicio qđ ī nobis rep̄hendi debeat nō
habem⁹. Nā pleruq̄ʒ negligenci⁹ cogitantes elatio
ne pulsam̄ʳ. quā tn̄ tacentes p̄mim⁹. Sʒ n̄ retracta
coē concita tumor occultus ī ip̄o cubili cordis ī
quo orit̄ʳ suffocet̄ʳ. corā districto iudice om̄e me
ritū nr̄e actionis extinguit̄ʳ. Hinc ḡ pensandū
ē illa cordis elatio q̄nta aīadūsione dānabitur
que usq̄ʒ ad audaciā vocis nutrit̄ʳ. si neq̄ʒ hec ē ex
cusabilis q̄ in corde latet̄ʳ oborit̄ʳ. Considerandū
q̄ʒ ē qualis intⁱsec⁹ regnat. que cousq̄ʒ seruata ē
ut eciā foras erūpe nō erubescat. Heliu ḡ qʒ ma
gna sensit semetip̄m humilit̄ʳ tep̄are nesciuit. sci
entie celsitudinē tenuit. humilitatis graciā recusauit
Et dū sequit̄ʳ bonū qđ bn̄ dicē appetit. bonū quo
bn̄ viuē potuisset amisit. Scientia q̄ppe inflat.
caritas uō edificat. Sʒ iā nūc rectū dicat. qđ tamē
rectū dicere ignorat. Nā postq̄ inflatas aīi cogita
cōes p uba elationis exalauit. forte sentētiā sub
didit dicens. Deus potētes nō abicit. cū ⁊ ipse
sit potens. In usu vite mortalis quedā ex semet
ipis sūt noxia. q̄dā uō ex his que circa ipsa ver
sant̄ʳ. Ex semetipsis q̄dā sūt noxia sicut pccā atq̄ʒ
flagicia. quedā uō nōnūq̄ nob ex his q̄ circa ip
sa sūt nocēt. sicut tp̄alis potētia uel cōiugalis co
pula. Bonū naq̄ʒ ē cōiugiū. sʒ mala sūt que circa
illud ex hui⁹ mundi cura succrescūt. Vn̄ paulus
ait. Qui aūt cū vxore ē cogitat que sūt mūdi quō
placeat vxori. Vn̄ ⁊ q̄busdā meliora p̄suadēs. cos
a cōiugio reuocat dicens. Hoc aūt dico non ut la
queū vob īiciā. sʒ ad id qđ honestū ē suadeam.
⁊ qđ facultatē p̄beat sine impedimēto dn̄m ob
secrandi. Dū ḡ tenet̄ʳ qđ nō nocet ex reb⁹ iuxta

poſitis ꝯmittit plerūq; qđ nocet. ſicut ſepe rectū mūdūq; iter ꝑgim̄. ⁊ tñ ortis iuxta viā vepribus ꝑ veſtimēta retinem̄. In via q̄dē non offendim̄. ſ; a late᷑ naſcit᷑ quo pungam̄. Magna ē enī potentia tp̄alis. que habet apud deū meritū ſuū de bō āmiſtracoē regiminis. nōnūq̄ tñ eo ipſo quo p̄minet ce̅tis elatione cogitacoīs intumeſcit. Et dū ad uſū cūcta ſubiacēt. dū ad uotū velocit᷑ iuſſa cōplent᷑. dū oēs ſubditi ſi qua bñ geſta ſūt laudibus eos efferūt. male geſtis aūt nulla auctoritate contradicūt. dū plerūq; laudāt etiā qđ obiurgare debuerāt. ſeductus ab his q̄ īf᷑ ſubdūtur. ſuꝑ ſe aīm᷒ tollitur. ⁊ dū foras īmenſo fauore circūdat᷑ int᷒ veritate vacuat᷑. atq; oblituſ ſui ī voces ſe ſpargit alienas. taleq; ſe credit q̄lem foris audit. nō qualē int᷒ diſcernē debuit. Subiectos deſpicit. eoſq; equales ſibi nature ordine nō agnoſcit. ⁊ q̄s ſorte p̄tātis exceſſerit. trāſcendiſſe ſe etiā vite meritis credit. Cunctis ſe eſtiāt āplius ſape. q̄b᷒ ſe videt āplius poſſe. In quodā q̄ppe ſe ꝯſtituit culmīe apud ſemetipſū. ⁊ q̄ cetis equa n͛e condicoē ꝯſtringitur. ex equo reſpicē ceteros dedignat᷑. ſicq; uſq; ad ei᷒ ſilitudinē ducit᷑. de quo ſcriptū ē. omē ſublime videt. ⁊ ipſe ē rex ſuꝑ vniūſos filios ſuꝑbie. Et de cui᷒ corp̄e dr̄. Gn̄atio cui᷒ excelſi ſūt oculi. ⁊ palpebre eius ī alta ſubrecte. ad ei᷒ ſilitudinē ducit᷑. q̄ ſingulare culmē appetens. ⁊ ſocialē angeloꝝ vitā deſpiciens ait. Aſcendā ſuꝑ altitudinē nubiū. ⁊ ſilis ero altiſſimo. Miro ḡ iudicio int᷒ foueā deiectionis īuenit. dū foris ſe ī culmīe p̄tātis extollit. Apoſtate q̄ppe angelo ſilis efficitur.

dū homo hoīb' eē filiis dedignat̄. Sic saul ab hu-
militatis merito ī tumorē supbie culmīe p̄tā-
tis exercuit. P humilitatē q̄ppe platus ē. p supbi-
am reprobat' dn̄o attestāte qui ait. Nōne cū esses
puulus ī oculis tuis caput te cōstitui ī tribub'
isrl'. Paruulū se ante p̄tātē viderat. sꝫ fultus tp̄a-
li potēcia iā se puulū nō videbat. Ceteroꝝ nāq;
cōparacōī se p̄ferens. magnū se apud se eē iudica-
bat. Miro aūt mō cū apud se puulus apud deū
magn'. cū uō ap̄ se mgn' apud dn̄m fuit puulus.
Magnos nos dn̄s ap̄ nos eē p̄hibꝫ p pphetā di-
cens. Ve vobis q̄ sapiētes estis ī oculis vr̄is. ꝛ corā
vobismetip̄is prudētes. Ne magni apud nos eē
debeam'. paulus āmonens ait. Nolite prudētes
eē ap̄ uosmetipsos. Plerūq; g̊ dū ex subiectoꝝ af-
fluentia aīm' inflatur. in luxū supbie ip̄o potēti-
e fastigio lenocināte corrūpit. Sꝫ aliud ē quelibꝫ
bona nō nosse. aliud bona bn̄ hr̄e nescire. Bona
nāq; ē ordine suo potentia. sꝫ cauta regētis indigꝫ
vita. Igit bn̄ hanc exercet. q̄ ꝛ retinē illā nouerit
ꝛ impugnare. Bene hanc exercet q̄ scit p illā sup
culpas erigi. scit cū illa ceteris eq̄litate cōponi. Humā-
na eī mens plerūq; extollit etiā cū nulla p̄tāte
fulcitur. q̄nto magis in altū se erigit cū se etiā ei
potestas adiūgit. et tn̄ corrigēdis alioꝝ viciis
apta execucōe pparatur. Vn̄ ꝛ p paulū dr̄. Minister
enī dei ē vindex in irā. Cū g̊ potentie tp̄alis mi-
nisteriū suscipit. sūma cura vigilādū ē. ut sciat
quisq; ꝛ sumē ex illa qd̄ adiuuat ꝛ expugnare
qd̄ teptat. ꝛ eq̄lem se cū illa ceteris cernere. ꝛ tn̄ se
peccantib' zelo ultionis p̄ferre. Quā discretionē
pleni' cognoscim'. si etiā p̄tatis ecclastice exēpla

Staats- und
Universitätsbibliothek Bremen

cernam⁹. petrus nāq; auctore deo ecclesie pͥncipatū tenens. a bn̄ agente cornelio ⁊ sese hūilit᷑ p̄sternente īmoderaci⁹ venerari recusauit. seq; illi silēm recognouit dicens. Surge ne feceris. et ego ipse homo sū. Sȝ cū ananie ⁊ saphyre culpā repperit. mox qn̄ta potentia sup̄ ceteros excͤuisset ońdit. Verbo eñ eoꝝ vitā pculit. q̄ spū p scrutante dephendit. ⁊ sūmū se intra ecclesiā cont̄ pccā recoluit. qđ honore sibi vehemēt̄ īpenso corā bn̄ agentib⁹ fr̄ib⁹ nō agnouit. Illic coīonem eq̄litatis meruit scītas actionis. hic zelus ultionis ius aperuit ptātis. Paulus bn̄ agētib⁹ fr̄ib⁹ p̄latū se ēē nesciebat. cū dicer̄. Nō q̄a dn̄am⁹ fidei vr̄e. sȝ adiutores sum⁹ gaudii vr̄i. Atq; ilico adiūxit. Fide eñ statis. Ac si diceret. Ideo nō dn̄am⁹ fidei vr̄e. q̄ꝛ fide statis. Eq̄les eñ vobis sum⁹. ubi vos stare cognoscim⁹. Quasi p̄latū se fr̄ib⁹ ēē nesciebat. cū dicer̄. Facti sum⁹ puuli ī medio vr̄m. ⁊ nos aūt seruos vr̄os p ihesum xp̄m. Sȝ cū culpā que corrigi debuisset īuenit. ilico mḡrm se ēē recoluit dicens. Quid vultis. in virga veniā ad vos. Sūm⁹ itaq; locus bn̄ regitur. cū is q̄ p̄est viciis pocius quā fr̄ib⁹ dn̄at. Cunctos q̄ppe nā equales genuit. ut aūt alii ad regendū cōmittantur nō eos nā sȝ culpa postponit. Viciis g͛ se debēt rectores erigē. quoꝝ ⁊ causa p̄ferūtur. ⁊ cū delinquetes corrigūt sollicite attendāt. ut per disciplinā q̄dē culpas iure ptātis feriāt. sȝ p hūilitatis custodiā eq̄les se ipsis fr̄ib⁹ q̄ corrigūt agnoscāt. quāuis plerūq; eciā dignū ē ut eosdē quos corrigi⁹ tacita nobis cogitacōe

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

p̄ſtra⁹. Illoꝝ naq; ꝑ nos vicia diſcipline vigo͛e
feriūtur. in his uō que ipſi ꝯmittim⁹ ne verbi
quidē ab aliquo īuectione laceram͛. Tanto ergo
apud deū obligatiores ſum⁹. qn̄to apud hoīes
īulte peccam⁹. Diſciplina aūt nr̄a ſubditos tāto
diuino iudicio liberiores reddet. qn̄to hic eoꝝ
culpas ſine vindicta nō deſerit. Seruāda itaq;
ē ⁊ in corde hūilitas ⁊ ī ope diſcipliā. atq; inter
hec ſollert͛ intuēdū ne dū īmoderaci⁹ cuſtodit͛
virtus hūilitatis ſoluāt͛ iura regiminis. ⁊ dū plat⁹
quiſq; plus ſe quā decet deicit. ſubditoꝝ vitam
ſtringē ſub diſcipline vincula nō poſſit. Teneat⁹
ḡ ext͛ius qd̄ ꝑ alioꝝ vtilitate ſuſcepim⁹. teneamus
inti⁹ qd̄ de nr̄a eſtimacōe ſentim⁹. Sz tn̄ decent͛ qb⁹
dā erūpentib⁹ ſignis tales nos ap̄ nos ē ipſi eciā
q̄ nobis ꝯmiſſi ſūt nō ignorent. ut ⁊ de auctori
tate nr̄a qd̄ formidēt videāt. ⁊ de hūilitate qd̄
imitent͛ agnoſcant. Seruata aūt auctoritate re
giminis ad cor nr̄m ſine ceſſatione redeam⁹. ⁊ cō
ſidēm⁹ aſſidue qd̄ ſum⁹ equalr̄ cū ceťis ꝯditi. nō
qd̄ tpalr̄ ceťis p̄lati. Potās eni qn̄to ext͛i⁹ eminet.
tanto p̄mi inti⁹ debet. ne cogitationē vincat.
ne ī delectacoē ſui aīm rapiat. ne iā ſub ſe mens
eā regē nō poſſit. cui ſe libidine dn̄andi ſubpo
nit. Bene dauid regni potenciā regē nouerat.
q̄ elationē eiuſdē potēcie ſemetipm̄ p̄mendo
vincebat dicens. Dn̄e nō eſt exaltatū cor meū.
Quiq; in ei⁹ hūilitatis augmēto ſubiuxit. Neq;
elati ſūt oculi mei. Atq; addidit. Neq; ābulaui
ī magnis. Et adhuc ſemetipſū ſubtiliſſima in
q̄ſicoē diſcutiens ait. Neq; ī mirabilib⁹ ſup me.
Omiſq; eciā cogitacoēs ſuas a fundo cordis exhau

Staats- und
Universitätsbibliothek Bremen

riens ſubiugit dicens. Si non hūiliter ſentiebā. ſȝ exaltaui aīam meā. Ecce hūilitatis hoſtiā ab intimo cordis oblatā crebro replicat᷑. ⁊ iterū atq; iterū ꝯfitendo offerre nō ceſſat. eāq; multiplicit᷑ loquēs iudicis ſui oculis oſtendit. Q̇d ē hoc ⁊ quō iſtud ſacͣficiū deo placē cognouerat qḋ in cōſpectu eiꝰ tanta iteracōē vocis īmolabat᷑. ṅ qḋ vicina ſupbia eē potentibꝰ ſolet ⁊ pene ſꝑ rebꝰ affluētibꝰ elatio ſociat᷑. qȝ ⁊ ſepe hūoris abūdantia duriciā dat tumoris. Mirū uō ē. cū in cordibꝰ ſublimiū regnat hūilitas morū. Unde penſandū ē qȝ potentes quiq; cū hūilr̄ ſapiūt. culmē extranee ⁊ q̇ lōge poſite virtutis attingūt. et recte hac virtute dn̄m q̄ptociꝰ placat. qȝ illud ei ſacrificiū potētes offert qḋ potētes iuenire vix poſſūt. Subtiliſſima nāq; ars viuēdi ē culmē tenere. gloriā pmere. eē quidē in potētia. ſȝ potentē ſe eē neſcire. ad largienda bona potentē ſe cognoſcē. ad rependēda noxia oē qḋ potentr̄ valet ignorare. Recte itaq; de talibus dr̄. Deus potētes nō abicit. cū ⁊ ipē ſit potens. Deū q̇ppe imitari deſiderat. q̄ faſtigium potentie alienis intentꝰ vtilitatibꝰ ⁊ nō ſuis laudibꝰ elatus āminiſtrat. q̄ platus cet̄is ꝓdeſſe appetit nō p̄eſſe. Tumoris nāq; elatio. nō ordo poteſtatis ī crimine eſt. Potentiā deus tribuit. elationē uō potētie malicia nr̄e mentis īuenit. Tollamꝰ ḡ qḋ de nr̄o ꝯtulimꝰ. ⁊ bona ſūt q̄ deo largiente poſſidemꝰ. Quia eī nequaq̄ iuſta potētia ſȝ actio praua dāpnatur. apte ſubiūgit.

Sȝ nō ſaluat īpios. ⁊ iudiciū paupībꝰ tribuit

Scriptura ſacra pleruq; paupes hūiles vocare conſueuit. Vn̄ in eūglio cū adiectione ſpūs noīnant᷑ cū dr̄. Beati paupes ſpū. qm̄ ipoꝝ ē regnū celoꝝ. Q̄a eī diuicie viſibilr̄ potētes oſtendunt᷑. apud ſemetipſos paupes ſūt. q̄ elati in ſuis conſcīis nō ſūt. Eos uō īpios vocat. q̄ aut a fidei pietate diſiūcti ſūt. aut ī hoc qđ fidelr̄ credūt p̄uiſ ſibi morib᷒ contdicūt. Quia g᷑ omp̄c de᷒ malicie nr̄e ſupbiā nō potētie celſitudinē dampnat. pq̄ dictū ē deus potētes nō abicit cū ⁊ ipſe ſit potēs. recte ſubiūgit᷑. Sz nō ſaluat impios ⁊ iudiciū paupib᷒ tribuit. id ē elatos deſtruit. hūiles uō ꝑ iudiciū liberos reddit. Vel certe iudiciū pauperib᷒ tribuit. qꝛ hi q̄ nūc neq̄ter opp̄mūtur. ipſi tūc ſup oppreſſores ſuos iudices veniunt. Due q̄ppe ſūt partes elcōꝝ ſcilz atq; repborū. ſz bini ordines eiſdē ſingulis ptib᷒ ꝯtinēt᷑. Alij nāq; iudicant᷑ ⁊ peūt. alij nō iudicant᷑ ⁊ pereūt. Alij iudicant᷑ ⁊ regnāt. alij nō iudicant᷑ ⁊ regnāt. Iudicant᷑ ⁊ peūt. q̄b᷒ dn̄ica inclamacōē dicit᷑. Eſuriui ⁊ non dediſtis m̄ manducare. ſitiui et nō dediſtis m̄ potū. hoſpes erā ⁊ nō collegiſtis me. nudus ⁊ nō opuiſtis me. eger ⁊ ī carcere ⁊ nō viſitaſtis me. Q̄b᷒ p̄mittit᷑. Diſcedite a me maledicti ī ignē eternū. q̄ paratus ē diabolo et angelis ei᷒. Alij uō ī extremo iudicio nō iudicātur ⁊ peūt. de q̄b᷒ ꝓpħa ait. Nō reſurgūt ipij in iudicio. Et de q̄b᷒ dn̄s dicit᷑. q̄ aut nō credit iā iudicatus ē. ⁊ de q̄b᷒ paulus ait. Qui ſine lege peccauert. ſine lege pibūt. Reſurgūt uō etiam oīs infideles. ſz ad tormentū nō ad iudiciū. Non eī tūc eoꝝ cauſa diſcutit᷑. q̄ ad cōſpectū diſtricti iudicis iā cū dānacōē ſue infidelitatis

209

8 l

Staats- und
Universitätsbibliothek Bremen

accedūt, ꝓfessionē uͦ fidei retinētes. ſ; ꝓfessio
nis oꝑa nō habētes redarguūtͬ ut pereāt. Qui
uͦ nec fidei ſacramēta tenuerͭ. increpationē
iudicis ī extrema exāinacōe nō audiūtͬ. quia
p̄iudicati infidelitatis ſue tenebris eiꝰ quē de
ſpexerāt īuectione redargui nō merentͬ. Illi
ſaltim u͛ba iudicis audiūt. qͥ eiꝰ fidei ſaltī u͛ba
tenuerͭ. isti ī damnacōe ſua et̄ni iudicis nec
u͛ba pcipiūt. qꝛ eiꝰ reuerētiā nec u͛botenꝰ ſeruaͤ
maluerūt. Illi legalitͬ ꝑeūt. qͥa ſub legi positi pͨ
cauerūt. istis ī ꝑdicione ſua nil de lege dr̄. qꝛ
nichil legis habe͛ conati ſūt. Princeps nāq; t͛re
nā rem publicā regens. alitͬ punit ciuē intꝰ
delinquentē. atq; alitͬ hostē extꝰ rebellantem.
In illo iura ſua cōſulit. cuiq; ſub u͛bis digne ī
uectionis addicit. contͣ hostē uͦ bellū mouet
instrumēta ꝑdicionis exercet. dignā eiꝰ mali
cie tormenta retribuit. de malo uͦ eiꝰ qͦd lex
habeat nō reqͥrit. neq; ei lege nc̄e ē ꝑimi qͥ
lege nūqͣ potuit teneri. Ita ḡ in extremo iu
dicio ⁊ legalis illū īuectio ꝑimit. qͥ ab eo qͦd
ꝓfessione tenuit actione declinauit. ⁊ iste sine
iudicii īuectione ꝑimitͬ. qͥ lege fidei nō tenetͬ.
Electorū uͦ ptē aliꝫ iudicant ⁊ regnāt. qͥ uite ma
culas lacͥmis tergūt. qͥ mala p̄cedentia factis ſe
quētibꝰ redimētes. quicqͥd illicitū aliqn̄ fecerīt
ab oculis iudicis elemosinaꝝ ſupductione co
opiūt. qbꝰ iudex ueniens in dextrā ꝯsistētibꝰ
dicit. Esuriui ⁊ dedistis m̄ mandͦ. sitiui ⁊ ded.
m̄ bibe͛. hospes erā ⁊ collͤ me. nudꝰ ⁊ cooper
me. infirmꝰ ⁊ uisͭ me. ī carce͛ erā ⁊ uenistis ad
me. Qbꝰ p̄mittit dicens Uenite b̄ndicti prīs

mei. possidete paratū uobis regnū a constitucōe mūdi. Alij aūt nō iudicant᷑ ⁊ regnāt q̇ eciā p̄cepta legis pfcōe ūtutū trāscendūt. q̄ nequaquā hoc solū qd cūctis diuina lex p̄cipit īplere ɔtēti sūt. s3 pstanciore desiderio plus exhibē appetūt quā p̄ceptis gnalib⁹ audire potuert. Quib⁹ dnīca voce dr. Vos q̇ reliqstis oīa ⁊ secuti estis me. cū sedit fil. ho. ī se. maie. sue. sedebitis et uos. sup sedes xii. iudicātes xii trib⁹ isrl. Et de qb⁹ pphā ait. Dns ad iudiciū venit cū senioribus ppli sui. et de qb⁹ salemō cū de scē ecclie spōso loqret intulit dicēs. Nobilis ī portis vir ei⁹. cū sederit cū senatorib⁹ tre. Hi itaq; extremo iudicio nō iudicant᷑ ⁊ regnāt. qa cū auctore suo eciā iudices veniūt. Relinquētes qppe oīa plus pmpta deuocōe executi sūt. q̄ iuberi generalr audierūt. Speciali nāq; iussione paucis pfectiorib⁹ ⁊ nō gnalr oīb⁹ dr. hoc qd adolescens diues audiuit. vade vende q̄ habes ⁊ da paupib⁹. ⁊ hēbis thesaurū ī celo ⁊ veni sequre me. Si eī sub hoc p̄cepto cūctos iussio gnal astringeret. culpe pfecto eēt aliqd nos de hoc mūdo possidē. S3 aliud ē qd p scripturā sacrā gnalr oīb⁹ p̄cipitur. aliud qd specialr pfectiorib⁹ īperat. Hi g° recte sub gnali iudicio non tenētur. q̄ ⁊ p̄cepta gnalia viuēdo vicerunt. Sicut eīn nō iudicant ⁊ pereūt q̇ suadente pfidia lege teneri ɔtēpnūt. ita nō iudicant ⁊ regnāt qui suadēte pietate eciā ultra gnalia diuine legis p̄cepta pficiūt. Hinc ē qd paulus eciā specialia p̄cepta trāscendens plus ope exhibuit. q̄ institucōe pmissionis accepit. Cū eī acce-

8 r

piſſet ut eũgeliũ p̄dicans de eũglio viuet᷑. ⁊ eu
angeliũ audiẽtibꝰ contulit. ⁊ tñ eũgelij ſũptibꝰ
ſuſtentari recuſauit. Cur gͦ iſte iudicet᷑ ut regnū.
q̄ minꝰ qđ ſeruaret accepit ꝫ maiꝰ qđ viueret ī-
uenit. Dicat᷑ gͦ recte iudiciũ pauperibꝰ tribuit.
q̄a qñto huic mũdo magna hũilitate deſpecti
ſũt. tanto tũc acceptis ſedibꝰ maiore culminis
p̄tāte excreſcũt. Vñ ⁊ ſeq̄tur. Non auferet a iuſto
oculos ſuos. ⁊ reges ī ſolio collocat ī ꝑpetuũ ⁊ illic
erigũt᷑. Abſtuliſſe eī a iuſto oculos ſuos fortaſſe
dñs credit᷑. qꝛ ī iuſtoꝝ crudelitatibꝰ hic ſine vin
dicta lacerant᷑. Sꝫ famulos ſuos tũc magis reſpicit.
cũ iniuſte eos neq̄cia ꝑſequẽtis affligit. Videns eī
qđ hic hũilr̄ tolerãt᷑. nimiꝝ eciã ꝓuidet qđ illic
eis miſediter recō pēſet. Non gͦ aufert a iuſto o
culos ſuos. Ecce iſte hũilr̄ ingemiſcit. ille ſupbit
⁊ neq̄ter floret. iſte cor ꝯterit. ille ſe de gl'ia ini
q̄tatis extollit. Voꝝ gͦ quis diuinis obtutibꝰ lon
ge ē. q̄ iniuſticiã ꝑtulit. an q̄ eam patientibꝰ irroga
uit. q̄ ſupnã graciã int᷑ meroris tenebꝛs tenuit.
an q̄ int᷑ exteriora gaudia lumē īterioꝛ amiſit.
Bene aũt ſcī viri ſcripture ſacre teſtimonio reges vo
cantur. qꝛ ꝑlati cũctis motibꝰ carnis. mō luxuri
e appetitũ frenãt. mō eſtũ auaricie tēperãt. mō
glām elationis inclināt. mō ſuggeſtiones liuo
ris obruũt. mō ignē furoris extinguũt. Reges
gͦ ſũt. q̄ teptationũ ſuaꝝ motibꝰ nō ꝯſentiẽdo
ſuccũberẽt. ſꝫ regẽdo p̄eſſe nouerũt. Qͥa gͦ ab hac
ꝑtāte regiminis ad p̄tātem trāſeũt retribucōis.
dicat᷑ recte. Reges in ſolio collocat ī ꝑpetuũ. Se
metipſos eī regẽdo ad tp̄c fatigati ſũt. ſꝫ in reg
ni erectiōis intīne ſolio ī ꝑpetuũ collocantur.

et eo illic accipiūt alios digne iudicare. quo hic nesciūt ŝmetipsis nequiūt parcē. Hinc etiā alias dr̄. Donec iusticia ꝯuertatur in iudiciū. Paulus de se suisq; cōsortib' dicit. Ut nos efficeremur iusticia dei ī ipso. Iusticia ḡ in iudiciū cōuertitur. qꝛ hi q̄ nūc iuste atq; irrep̄hensibiliter viuūt. tūc iudicandi potentiā nanciscuntur. Hinc laodicensi eccl'ie dn̄s dicit. Qui vicit dabo ei sedere mecū in throno meo. sicut ꝛ ego vici ꝛ sedeo cū prē meo in throno ei'. Uincens dn̄s in throno cū prē sedisse se asserit. q̄ post passiōis certamina p' resurrectionis palmā claruisse oīb' qd' ptāti patris eēt equalis indicauit. eiq; se nō disparē calcato aculeo mortis īnotuit. Un̄ ꝛ marie necdū se credenti prī silēm dixit. noli me tangē. nōdū eī ascendi ad prēm meū. Nobis eī in throno filij sedere ē. ex eiusdē filij ptāte iudicare. Quia eī iudicij p̄incipatū ex eius virtute pcipim'. velut ī ei' throno residem'. Nec abhorret a uō qd' alias sup xii thronos vēturos testat' eē discipulos. hic vō in throno suo p̄hibꝫ eē sessuros. P thronos qppe duodecim vniūsale iudiciū. p throno vō filij singulare culmē iudicarie ptātis ondit'. Hoc ḡ xii thronis qd' vno throno filij designatur. qꝛ videlꝫ vniūsale iudiciū ex mediatoris nr̄i intuentione pcipit'. Dicat' ergo Reges ī solio collocat ī ppetuū. Apte aūt in ppetuū subdens. apte quid dicat īsinuat. Si eī de terreni regni solio dicet. nullaten' in ppetuū subdidisset. quia quicq; illō arripiūt. pfecto nō in eo ī ppetuū sꝫ tpalr̄ collocant'. Bene aūt subdidit. ꝛ illic erigūtᷣ. Ac si intentioni audiētis īnueret dicens. Qa hic hūiliati sūt. illic erigūtᷣ. Sanctis nāq; viris iste locus hūilitatis ē. ut ille sit celsitudīs. Vn̄ alias scriptū ē. Humiliasti nos in loco afflictionis. Locus q̄ppe afflictiōis ē vita p̄ns. Qͥ gͦ ad etnā patriā tendūt. nc̄ semetipsos tp̄alr̄ in afflictiōis loco despiciūt. ut tūc in loco gaudij veraciter sublimentᷣ. Seqtᷣ. Et si fuerīt in cathenis. ⁊ vinciantᷣ funib; paupertatis. īdicauit eis opa eoꝝ. et scelera eoꝝ. q̄ violēti fuerīt. Cathene obligacōis sͭ ipsa adhuc retētio pegrinacōis. Ligatū se his cathenis paulus aspexerat. cū dicebat. Desideriū habens dissolui ⁊ ēē cū xp̄o. Paupertatis funib; vinctū se ēē cernebat. qn̄ veras diuicias ītuens. eas eciā discipulꝰ exorabat dicens. Vt sciatis q̄ sit spes vocatiōis eiꝰ. ⁊ q̄ diuic gl'e hereditatis eiꝰ in scīs. Bene aūt pᷓ illa subditᷣ. Indicauit eis opa eoꝝ ⁊ scelera eoꝝ. q̄ violenti fuerīt. Cū eī supnā glām magis amādo cognoscimᷣ. tūc mala q̄ egimꝰ gᷓuiora fuisse sentimꝰ. Vn̄ ⁊ paulus pᷓ pceptā grāꝫ supnoꝝ ea q̄ in se studia virtutū crediderat fuisse iā scelera cognoscebat dicēs. Qͥ pͥus fui blasphemꝰ ⁊ psecutor ⁊ cōtumeliosus. s; misedīam ꝯsecutus sū q̄ ignorans feci ī incredulitate. uel certe q̄ m̄ fuerūt lucra hec arbitratꝰ sū ꝓptᷣ xp̄m detimenta. Vn̄ ⁊ apte subditᷣ. Reuelauit quoq; aurē eoꝝ ut corripiatᷣ. ⁊ loq̄tur ut reuītantᷣ ab iniq̄tate. Aurē reuelare ē. intellēm cognicōis apire. Reuelata uō aure vnūsq; corripitur. qn̄ intrinsecus etnoꝝ bonoꝝ desiderium pcipit. ⁊ q̄ male extrīsecꝰ ppetrauit agnoscit. Pt̄ uō in cathenis ⁊ funib; paupertatis. pena eciā tpalis afflictiōis intelligi. q̄a sepe q̄ iubentis uer

ba nō audiūt. ferientis ůberib' āmonenᵗᵘʳ. ut ad bo
na desideria saltē pene trahant· q̄s p̄mia nō in
uitant. Vn̄ p pph̄az dr̄. In freno ꝛ chamo maxil
las eoꝝ cōstringe. q̄ nō appximant ad te. Si uero
etiā flagella despiciunt. cōstat nimiꝝ qd̄ tanto
illic grauioris uindicte supplicia sentiant. quāto hic
maioris, puidentie gratiā calcant. Vn̄ ꝛ sequitᵘʳ.
Si audierint ꝛ obseruauerint ↄplebunt dies suos
in bono. ꝛ ānos suos in gl'a. Si aūt nō audierint.
t̄nsibunt p gladiū ꝛ ↄsumenᵗᵘʳ stulticia. Per bonū
recta actio. p glām uō sup̄na retributio desig̃tᵘʳ.
Qui uō obedire p̄ceptis celestib' studēt. dies
suos ī bono ↄplent. ānos in gl'a. q꞉ ꝛ cursū p̄ntis
t̄pis ī recto ope ꝛ ↄsūmacoēz suā pficiunt felici re
tribucoē. Si uō nō audierint t̄nsibunt p gladiū ꝛ
cōsumenᵗᵘʳ stulticia. q꞉ ꝛ uīdicta eos in tribulati
one pcutit. ꝛ finis in fatuitate ↄcludit. Sunt eī
nōnulli q̄s a pditis morib' nec tormēta ↄpescunt.
De q̄b' p pph̄az dr̄. pcussisti eos nec doluerūt. fla
gellasti eos ꝛ rēnuerūt accipere disciplinā. Et de
quib' sub babilonis specie dr̄. Curauim' babilonē
ꝛ nō ē sanata. Et de quib' rursū dr̄. Interfeci ꝛ pdi
di pplm meū. ꝛ tn̄ a uiis suis non sūt reuisi. Hi nō
nūq̄ᵐ deteriores existūt ex ůbere. q꞉ pulsati dolo
rib' a' ↄtumaci ptinacia duriores existūt. aut
qd̄ peiꝰ ē in blasphemie etiā exaspacoē, psiliunt.
Bene ḡ dr̄ qd̄ p gladiū t̄nseunt ꝛ stulticia ↄsumū
tur. q꞉ pccā que flagellis emēdare debuerant.
flagellis exaggerant. ꝛ hic iā penas pcussionis
sentiunt. ꝛ illic iuste retributionis supplicia nō
euadunt. Fatuitatis q̄ppe stulticia ē. qd̄ illos sic
īiq̄tas obligat ut a culpa eos nec pena cōpes

8Λ

C xxxvi

cat. Sequit̃. Simulatores ⁊ callidi, ꝓuocãt irã dei.
Cũ simulatores diceret apte subiuxit ⁊ callidi. qꝛ
n̄ ingenio calleant qđ uideri appetũt cõgrue
simulare nõ possũt. Sũt eñi nõnulla vicia. que
eciã a sensu tardioribꝰ facile ꝑpetrãt. Elatione
nãqꝫ ĩtumescẽ. auaricie estibꝰ inhiare. luxurie
pulsanti succũbẽ. eciã q̃libꝫ obtusis sensibꝰ pt̃.
sĩlacõis uõ falsitatẽ exequi n̄ q̃ subtilioris in
genij fuerit nõ pt̃. Quisqꝫ eñi talis ẽ ad custodi
enda videlꝫ duo ꝯtinua obseruacõe diuidit̃.
ut callide nouerit ⁊ occultare qđ ẽ ⁊ ostentare
qđ nõ est. ⁊ vera mala ꝑmere. ⁊ bona falsa mõ
strare. nec se apte in hoc qđ videt̃ extolle᷑. atqꝫ
ut maiorẽ gl̃am teneat. sepe se simulat gl̃am
declinare. Q̃a eñi ante oculos hoĩm sequẽdo eã
apphendere nõ pt̃. studet plerũqꝫ gl̃am tenere
fugiendo. Hec itaqꝫ simplicibꝰ mĩme ꝯgruunt.
qꝛ si ꝯgruũt iã simplices nõ sũt. Bene aũt cũ di
ceret simulatores ⁊ callidi nõ subdidit merent̃.
sꝫ ꝓuocant irã dei. Irã qppe dei mereri ẽ. eciam
nesciendo peccare. Prouocare uõ ẽ mandatis illius
sciendo ꝯtraire. scire bonũ se despicẽ. facẽ posse
nec velle. Hi eñi ꝑpetratione nequicie intrinsecꝰ tene
brescũt. ⁊ ostentatione iusticie supficietenꝰ deal
bant. Q̃bꝰ voce dñica dr̃. Ve uobꝭ scribe ⁊ pharisei
ypocrite. qꝛ siles estis sepulchris dealbatis q̃ foris
apparẽt hoĩbꝰ speciosa. intꝰ uõ plena sũt ossibꝰ mor
tuoꝝ ⁊ oĩ spurcitia. ita ⁊ vos foris q̃dẽ apparetis
hoĩbꝰ iusti. intꝰ aũt pleni estis ypocrisi ⁊ ĩiq̃tate.
Foris ꝙ ostendẽdo seruãt que viuẽdo intꝰ ĩpug
nãt. intꝰ uõ mala cogitantes exaggerãt. q̃ foras
aliud supducentes occultãt. Ante districtũ nãqꝫ

iudicē excusationē iā de ignorātia habē non
possūt. q2 dū ante oculos hoīm oēm modū scī
tatis ostentāt. ipsi sibi sūt testĩonio. q2 bn̄ viuē
nō ignorāt. Dicat̄ g° recte. Simulatores ⁊ callidi
puocāt irā dei. Quid uō eos ad extremū sequa
tur adiūgit dicens. Neq; clamabūt cū vincti
fuerit. Oīs iniquꝰ q̄ cū iniquꝰ sit scūs videri nō
appetit. in flagelli pcussione dephensus. fateri
qd̄ iniquꝰ sit nō erubescit. Q' uō iniqua agens
hūana de se iudicia sub specie scītatis inter
pit. etiā cū flagello pcutit̄ iniquū se pderē
refugit. q2 scūs videri ɔsueuit. Si qñ aūt ɡuit
coartat̄ iniquū se vix sufficientꝰ ɔfitetur. q2
intīna sua detegē veraci ɔfessione ɔfunditur.
Qi liberi uō sumꝰ cū nulla correptione castiga
mr. qi victimꝰ aūt cū flagello pcussionis astrigi
mr. Vincti g° tanto clamamꝰ altiꝰ. qn̄to ī pcus
sione positi peccā nr̄a veracius ɔfitem̄. Apud au
res qppe dei. vox valida deuota ɔfessio ē. Qa ergo
simlatores qsq; etiā cū pcussionis flagella corripi
unt. ad ɔfessionē simplicē nō pducūt. cognosci
eī peccōres refugiūt q2 scī oīm opinione ferebā
tur. qmuis eos ad extremū iā flagella feriāt. qmuis
duci se ad etna supplicia nō ignorēt. tales tn̄ cu
piūt apud hūana iudicia remanere. qles se stu
duerāt semp ostendē. Dephensi g° etiā flagello
pcussionis extreme. q2 ɔfessionē purā uel affli
cti exterē negligūt. qi victi clamare ɔtēpnūt.
Bene g° dr̄. Neq; clamabūt cū victi fuerit. Quā
uis intelligi etiā alr̄ pt̄. Oīs eī q̄ cū iniquꝰ sit.
dici scūs ab hoibꝰ nō pertimescit. ⁊ si iniquū se ta
cita cogitacoē rephendit. tn̄ dū sepiꝰ scīm se

audire cepit. hoc qđ de se intrinsec⁹ tenebat amittit.
Cor q̄ppe exti⁹ fundit᷑. ⁊ qr libent᷑ foras falsū de
se testimoniū recipit. qualē se intus habeat nō re-
q̄rit. Vn̄ fit vt vacue laudis fomēta eciā cū defu-
erīt q̄rat᷑. ⁊ oblitus qđ ē appetat videri qđ nō ē.
Igit᷑ quiq; tales sūt dū iustos se ante hūana iudi-
cia simulāt. dū actiones suas laudib⁹ dignas in-
tuenciū oculis ostētant. occulta cū eis iusticia agi-
tur: ut quo nitūt᷑ foras alios fallere. eo de se intus
eciā ipsi fallāt᷑. Nā oem̄ circa se sollicite īvestigacōis
oculū pdūt. Vitā eī suā discutē ⁊ pscrutari dissilānt.
s; tales se quales audiūt putāt. scōsq; se eē nō q̄a
ita viuūt. s; q̄a ita dicūt᷑ existimāt. Subtile autē
dei iudiciū seq; ipōs intueri negligūt. q̄r fidē
sui meriti in attestacione ponūt oris alieni. Cum
u° subita pcussione feriūtur. ī quos se ul' veracit᷑
fateri uel sic sūt dephendē oīno nō possūt. q̄r vidl;
scōs se hūāna pfessione crediderīt. Bene ḡ dr̄. nec
clamabūt cū vincti fuerīt. Spe eī vacua tales se an
supnū iudicē venire cōfidūt. quales se hoīb⁹ īno-
tuisse cognoscūt. seq; ipsos miseri nec int᷑ tormē-
ta dephendūt. ⁊ dū testimoniū false laudis aspiciūt.
remediū vere cōfessiōis amittūt. ⁊ iā vincti du-
cūt᷑ ⁊ nō clamāt. q̄r hūane laudis īportunitate
supati. scōs se miseri ⁊ cū in pccīs moriūt᷑ putāt.
Quib⁹ bn̄ p pphā dr̄. Redite pvaricatores ad cor.
Si eī ad cor redirēt. p extioris attestacōis se v̄ba
nō cōfiderēt. Nam quid vicini⁹ nob ē corde nr̄o.
Quid vicini⁹ nob ē ea re q̄ intra nos ē. Et tn̄ cū p
p̄vas cogitacōes spargitur. a nob cor nr̄m longi⁹
euagatur. Longe ḡ ppha pvaricatorē mittit.
cū eū ad cor suū redire ɔpellit. q̄r quo exti⁹ se

fudit. eo ad se vnde possit redire vix īuenit. Qͥa uõ simulatoꝝ mens, p̄ eo qđ ab vna cẽnitatis intẽtione diuidit̃ cogitationū multipliciū īundatione vastatur. recte subiūgit̃. Moriet̃ ī tẽpestate aīa eoꝝ. Quasi tñquilli nāq; videbant̃ viuẽ. cū de ſcitatis curarẽt laude gauderẽ. ſʒ tẽpestate subita aīa eoꝝ morit̃. que hūane laudis pessima tranquillitate letabat̃. Plerūq; subito īopinata tẽpestas oĩ qđ aer serenū blandit̃ īmutat̃. ⁊ eo p̃iculū vitari nō pt̃. quo nec pt̃ p̃uideri. Vn̄ simulatores q̇ vite sue custodiā negligūt. ī tẽpestate mori referūt̃. Hinc q̇ppe eos subitus turbo intñe p̃cussionis eicit. q̇s arrogātia extñi fauoris extollit̃. et dū āplectūt̃ in laude qđ nō sūt. repente īueniūt īultione qđ sūt. Bene aūt p̄ salemonē dr̃. Quō p̄bat̃ in ꝯflatorio argentū ⁊ in fornace auꝝ. sic p̄bat̃ hō ore laudantis. Laus q̇ppe sua iustos cruciat. īiq̇s exaltat. Sʒ iustos dū cruciat purgat. iniquos dū letificat r̃pbos demonstrat. Isti eī sua laude pascunt̃. q̃ꝛ auctoris sui gloriā nō req̇rūt. Illi aūt q̇ auctoris sui gloriā querūt sua laude cruciātur. ne nō sit int⁹ qđ foras dr̃. ne sic ẽ etiā qđ dr̃. ante dei oculos ipsis fauorib⁹ uacuet̃. Ne hūana laus robur mentis emolliat eāq; in sui delectatione p̄sternat. ⁊ que adiumentū debʒ ẽẽ agendi opis. iā retributio sit laboris. Cū uõ sua p̃conia in dei laudē tendẽ sentiūt. ea etiā delectabilit̃ amplectūt̃. Scriptū nāq; ẽ. Videant opa vr̃a bona. ⁊ glorificent prẽm vr̃m q̇ in celis ẽ. Hi iam g̊ hoīb⁹ se faciūt quociens in se aliqđ quo deus cognoscat̃ ostendunt. q̃ꝛ nō studẽt in se hūanā laudē figẽ. ſʒ querūt eam p̄ se medios ad auctorē glorie p̃transire. Arrogan

C xxxvi

tes autē hūanis laudib⁹ mollia corda ꝓstituūt. q̄ꝛ suis amorib⁹ corrūpūt. De q̄b⁹ dr̄. Erūt hoīes se ipsos amātes. Aptē uō hic de hac eoꝝ corrupcōe subiūgit. Et vita eoꝝ int̄ effēīnatos. Si eī vilr̄ viuerēt. laus tr̄sitoria nulla eos corrupcōe viciaret. Vn̄ electis ꝑ ꝓphā ꝑsuadet dicens. Virilr̄ agite. ⁊ confortet̄ cor vr̄m. Dicens eī vilr̄ agite. dū ꝯfortet̄ cor vr̄m ilico subdidit. qͥ sexū cordis munire curauit. Luxuriosi q̄ppe mens corrūpitur. si reb⁹ tr̄sitoriis delectat̄. Igit̄ sil̄atoꝝ vita int̄ effēīnatos moritur. q̄ꝛ laudis luxuria corrupta rep̄it̄. Translacōe uō alia nō habet̄ vita eoꝝ int̄ effēīnatos. ſ; vita eoꝝ vulnēt̄ ab angelis. Vtrūq; tn̄ ⁊ si sermone discrepat. rōe ꝯcordat. q̄ꝛ effēīātoꝝ vitā angeli vulnerāt. dū nūcii veritatis eā iaculis scē predicatiōis īpugnāt. Quia gͦ de damnacōe reꝓboꝝ quid agatur audiuim⁹. de erepcōe humiliū quid sequatur audiam⁹. Eripiet pauperem de angustia sua. Paup̄ de angustia sua eripitur. cū vnusquisq; humilis de hac ꝑegrinacōis sue afflictiōe liberat̄. Nā ⁊ assiduis hic tribulacōib⁹ ꝑmitur. ut ad requirendū vere ꝯsolōis gaudiū ꝓuocet̄. Vn̄ ⁊ sequit̄. Et reuelabit in tribulacōe aurē ei⁹. Aurē in tribulacōe reuelare est. auditū cordis verbeꝝ plagis apire. Cū eī p̄cepta despicim⁹. pia districtione nobiscū agit̄ ut flagella timeam⁹. Aurem itaq; cordis tribulatio apit. quā sepe hui⁹ mūdi ꝓsperitas claudit. Per salemonē nāq; dr̄. Auersio puuloꝝ int̄ficiet eos. ⁊ ꝓspitas stultoꝝ ꝑdet illos. Seq̄t̄. Igit̄ saluabit te de ore angusto latissime. Omīs qui viā vite deserens ī pc̄oꝝ se tenebras deicit. semetipsū qͥ in puteū uel ī fouē iam mergit. Si uero diuturna perpetratione eciam consuetudine iniquitatis opprimitur, ne ad superiora iam possit exurgere, quasi angusto putei ore coartatur. Unde dauid propheta sub specie peccancium exorat dicens. Non me demergat tempestas aque, neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum. Quem cum mali operis iniquitas a bona stabilitate commouit, quasi tempestas aque rapuit. sed si adhuc consuetudine non preualuit non demersit. Iam in puteum cecidit qui hoc quod diuina lex prohibet perpetrauit. sed si adhuc longa consuetudo non deprimit, nequaquam os suum puteus coangustauit. Tanto ergo facilius egreditur, quanto minore consuetudine coartatur. Unde propheta ieremias dum iudeam in iniquitatibus longa consuetudine obrutam fuisse conspiceret, in lamentis suis sub eius specie semetipsum deplorat dicens. Lapsa est in lacum uita mea, et posuerunt lapidem super me. In lacum quippe uita labitur, cum labe iniquitatis inquinatur. Lapis uero eciam superponitur, cum dura consuetudine mens in peccato deuoratur. ut et si uelit exurgere iam utcumque non possit, quia moles male consuetudinis desuper premit. Sed quia diuine potentie subiacet et post angustiam praue consuetudinis ad bone actionis amplitudinem reuocari, ideo dicitur. Saluabit te de ore angusto latissime. Latissime quippe de ore angusto saluatur, qui et post iniquitatum iugum ad libertatem boni operis penitendo reducitur. Quedam namque quasi conclusionis angustia est ab opprimenti mala consuetudine exurgere uelle nec posse. iam quidem desiderio ad superna tendere, sed adhuc in infimis actu remanere. preire corde nec tamen sequi opere. atque in semetipso contradictionem perpeti semetipsum. Cum uero ita tendens anima manu gratie exaltantis adiuuatur.

